



007  
Lsp

Tom 74

1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.  
11.  
12.  
13.  
14.  
15.  
16.  
17.

Index Dissertationum.

1. De lo quād abominabile deo et fēū. 18. De divina independentia. Schröer.
- Caracterē legis moralis. Büdler.
2. Admiratio. Ekkas.
3. Opas grecas. Vining.
4. Arboribus Paradyſi pteſtatoris. 19. Flaminibus. Valder.
- bū. Mark.
5. Artificium Natura exiſtōis ad mulatore. Moller.
20. Fortuna. Hantshagen.
21. Geometria. Lehmus.
22. Geometria Elementis Algebraice evolutis. Albing.
23. Introductio ad Geometricam et vī, to. Weſenſelr.
6. Artificium mūniciendi. Piger.
24. Initia cultioris Germanie. Sellany.
7. De Iſſeſi philoſophica. Büdler.
25. De non imitanda per artem summae
8. Atheo convincendo. Hoffmann.
- macina. Götzenholz.
9. Menotia Matthiae Frederici Balii Luhn;
26. Hardeyrode mephauſſe apiby Ne, tallatiftur rataeūm. Kirschmaier.
10. De Bonis et Facultatibus prudenter ad ministrandis. Röthig.
27. Hermes Trismegisti introductio cognoscendis. Haenemann.
11. Ratione Brutorum. Herwig.
28. De Trigore poni reafianarii infolito. Wajerj.
12. Sognitio et cultus Dei realiſſimis.
13. Empyti Theorico practicis. P. fultz.
29. Consideratio diemis propinque præter laſp. Wolf.
14. De corporis illorūm pionioribus. Hoffmann.
30. De somniis quodit. Cimmen.
15. De corporis illorūm pionioribus. Hoffmann.
31. De synographia Musico-Medica. Göbel.
16. Corpora mota ejusq[ue] cāis. Hoffmann.
17. Corpora Motiorib[us] ex gravitate ortis. Hoffmann.
32. De ea sole c erudit. Schüff.
33. De dignis habitudine ad corporum displacecē et combinatōem. Küchler.

34. De Insula Naturae Parafisiensi: 32. De Principiis Paracelsis non sufficien-  
tibus. Rerum data. Majerovij. entibus. Blomer.
35. Lare Belli circa res fas. 33. Ad novas Philosophia fundationes  
eras Buddej.
36. Principio fariis naturae certino 34. De Propagatione Philosophiae sub invi-  
el huiusfali. Pritius. te mbi. Schreiber.
37. Iure Principis circa Adriapho, 35. Principe legibus suis sed non divi-  
ra. Thomaeij.
38. Luoymis f. gubis vibris. Majerovij.
39. Laminis fanno induitis. Gottschalt.
40. Longioritate Medicorum. Majerovij.
41. Coimine Magiae. Thomaeij.
42. Magnetis ejus effectibus. Liners.
43. Masticatione Mortuary. Rohr.
44. Mechanicis non Mechanicis. Heukler.
45. Miniflumbris primis, et separatis.
46. Secundis Major.
47. Augos Prosternon Malfo (Imbrico).
48. De Natura sibi incarsam vindicta, fa. Sturm.
49. natura bonis civili. KKard.
50. officiorum Theologico officio  
boni Medicis.
51. Patibiliy Romanorum. Krayland.
52. De Principiis Paracelsis non sufficien-  
tibus. Rerum data. Majerovij. scriptu reponit. Hofmann.
53. Ad novas Philosophia fundationes  
scriptu reponit. Hofmann.
54. De Propagatione Philosophiae sub invi-  
te mbi. Schreiber.
55. Principe legibus suis sed non divi-  
nis soluto. Buddej.
56. Proscriptio iuxta studia clivada. Lane.
57. Radion Cibariorum. Hbling.
58. Rationis infraucta excellentia in  
rebus Diuini et Fuis. Hofmann.
59. Leprosi eruditore claris. Schreiber.
60. Iole ejus effectibus. Liners.
61. Studi lapidatici impedimenta. Genes.
62. Dancesponibz Primigenitor. Buddej.
63. Transtate in vitam eternam fr. trans.  
ita p. ontem. Pritius.
64. Varietate trygleriorum. Brantef.
65. Per graduum Vindry.
66. De Virtutibus stimulo. Hofmann.

29.

# ICHNOGRAPHIA MUSICO-MEDICA, IN QUA

EJUSDEM ORTUS, PROGRESSUS  
VIRES AC USUS &c.

PERSPICUA DELINEANTUR BRE-  
VITATE.

AUTORE

D. ANDREA HOFFMANNO  
M. P.

CÜSTRINI ANNO 1707.

---

Typis Godofredi Heinichii, Regii Regiminis  
Neo-Marchici Typographi.

*H. Mag: Veytart.*

ICHNOGRA

PHIA

MUSICO-MEDIEV

INGIA

FUDDEM OUTAS HOGRESSUS  
ALRES AC USIISSE

PERSONICU DELLINVENTUR BRE

ALATE.

AUTORÆ

DANDREY HORRIMMO  
M. P.

CARTINI ANNO 1703.

Tabis Gophicis Heimigis Heredi Regum  
Ino-Matthiai Alabertib



# J. N. D. N. J. C. PROOEMIUM.



Aturæ phænomena ta-  
cite mentis perlustans oculō,  
Aristotelica illa Phyxices illico  
se se stitit obtutui Definitio:  
Naturam quā per principium  
descripsit motus, quæ sane De-  
finirio adeo illaqueavit ani-  
mum, ut pauca de motu præ-  
fari, supervacaneum haud cen-  
seam fore; Minime namque cogitandi alia, ejusdem cir-  
ca inexistentiam, Zenonis me commovebunt dogmata,  
quippe qui frustraneo plane nisu, motum in rerum haud  
existere

A

existere Naturâ, probare ausus atque defendere, quamobrem sapientior judicandus merito Diogenes, fuse hujus allata silentio dignas judicans argumenta, illa enim in sensus quæ incurruunt, percipere nolle, imbecillitatem arguere ingenij, tacite monens; Hanc circa doctrinam primi aliquid sapere visi sunt Epicurei, eorum præeunte antesignano Epicuro; Atomorum subtilem qui introduxit doctrinam, quæ sicuti & Democrito individuorum veniunt nomine corporum, hæ namque motus ope, horsum, versum, sursum, deorsum, vel ratione concurrentiæ ita in infinitum feruntur ac inane, ut cohærescant occurrentes sibi invicem, hacque ratione producant id, quod videntur intendere. Qualitates præterea omnes, atomorum Epicuro sunt effluvia, cuncta quæ, hujus si secundum Philosophi percipiuntur mentem, atomorumque ille conceptus, explicazione Du Hamel de Veterum & Novæ Philosophiæ consensu Lib. I. cap. 8. nitarur, quid monstri hæc alat, non video hypothesis. Ast hâc atomorum missa doctrina, de motu sollicitus solummodo, ejusdem evolutis priñordiis, recentiorum lustremus paulò monimenta, quo in passu merito primo venit ponendus loco Cartesius, sublimis Vir ingenii, complurima Naturæ qui phænomena, huic innexus solvere principio, spernendisque haud rationibus explicare, insigni solitus applausu, tot hinc ipsum naçtum fuisse videoas asseclas atque Patronos, cunctos ut nominaturo, plagula hæcce vix sufficeret proænialis, paucos quare in medium proferre liceat, hosque inter Robertum Boyle, Nobilem An-glum, qui hunc de motu quod concernit Doctrinam, presso fecutus pede ducem, Liebstorpium itidem in philoso-

philosophiae Cartesianæ speciminibus, Thomam Corneliū Consentinum, in Progymnasmat: Anton. leGrand, aliosque. Motus præterea egregie auxit Doctrinam Georg: Leipnitiū, tam in hōc, qui *hypothesis Physica* inscribitur *nova*, Tractatu, in quo phænomenorum naturalium ferme omnium, ex hoc catholico quasi principio reddere causas dedit operam, quam & in illo, cui rubrum, *Theoria motus abstracti*, docteque differuit sat; Ex unico & catholico hocce principio MOTU nempe, successu haud sane temnendo, Magnificus D.D. Hoffmannus Confiliarius ac Medicus Regius, nec non P. P. Halensis primarius celeberrimus, Fautor noster æstumatissimus, in Demonstrationum Phyficarum curiosarum præfamine, phænomena explicare atque evolare corporum aggressus. Quis itaque non videt, naturam motus strenue evoluisse Doctores, adeo sane, ut non solum Physicæ, sed & Medicinæ pariter, novum quasi fermenta systema, duobus hisce ex fontibus motus quid præstet, pauca allaturus in medium. Materialm attamen sive subjectum, circa quam occupetur motus, præsupponendam crediderim, cum per se, sine additione alterius, ad effectum quendam producendum æque inhabilis existeret, ac res cæteræ fere cunctæ. Ecquis namque aliam suppeditare valeret rationem, demonstrandi, pulvis pyrius unde, tantū edendi sonitum nactus esset potentiam, materiæ moventis & motæ diversas ni agnosceret particulas, sulphureas, nitrosas, levi ignis accidente adminiculo, contrariarum excitatur motus particularum, inclusisque liberatae compediibus, maximo in auras avolant cum strepitu. Sequentis experimenti par fere audit ratio v. c. Spiritus Nitri

A 2

&amp; Tarta-

& Tartari invicem misti, adeo effervescunt, valeant ut  
 disrūpere vitrum. Eundem Spiritum Nitri cum Salis Am-  
 moniaci spiritu in duobus vitris seorsim inclusum, vitro-  
 rum saltem admotis epistomis, videoas producere fu-  
 sum, nullam certe aliam ob causam, quam ob luctam  
 sive motum contrariarum particularum motarum tam,  
 quam moventium, quandamque quasi Antipathiam.  
 Hæc Physicam circa adduxisse sufficient exempla, Me-  
 dicinam quod attinet, ejusdem Uſus luce meridiana  
 existit clarior. Quid quæſo circularis sanguinis motus  
 mortalibus non affert commodi, ope cuius, medica-  
 menta non ſolum felicem nanciscuntur finem, ſed &  
 hujus defectu, vel in tantum, deliquia animi, convul-  
 fiones, accidente inordinato spirituum motu, ceſſante-  
 que aliquantis per eodem, vel in totum, ceſſante utro-  
 que, vita præsto erit interitus. Quem pariter motus  
 intellinorum periftalticus, non præstat uſum. Qui ſatis  
 cum conſtet, adduſiſe potius, quam explicaffe præſtat.  
 Paucis his circa motus utilitatem præmissis, quam ne-  
 cessarius ſumme exiſtat, edocemur indies, adeo ſane ut  
 cunctæ noſtræ operationes, hujus defectu forent fruſtra-  
 neæ ; Præmittere hæc placuit Tractationi præſenti :  
 Quam eò aggressus lubentius, quo magis alturn de Mu-  
 ſica certorum morborū medicatrice, tam apud Antiquos,  
 quam Neotericos Medicos exiſtat silentium, conju-  
 nitim nusquam de ea quicquam deprehendas : cum  
 uſus ac exercitum Muſicæ citra Tracheæ Thoracis,  
 digatorumve nequeat perfici motum, destinato inſer-  
 vire ſi debeat uſui. Lectorem cæterum præconceptis  
 opinionibus, vacuum expeterem benevolum, dicta ne  
 exagitet protinus, ſed ad rectæ potius rationis exami-  
 net

net amissum. Tu vero summum omnia quod moderaris NUMEN, ut verbis Marcelli Palingenii Stellati utar :

*Da rectam reperire viam ne noxiis erroribus  
Vanaque credulitas & Opinio caca trahat me  
Principitem.*

## CAP. I. DE

### JNVENTIONE MUSICÆ ATQUE PROGRESSU.

**M**usica quæ *καρδία* sumpta, scientia est soni ejusque causarum ac proprietatum. Musis quasi sacra solummodo quondam, à primis statim incunabilis qualia fortita fuerit fata, primaque inventionis cui debeat adscribi laus, hoc capite demonstrare cum constet, primævam mundi hujusque incolarum necesse lustremus faciem. Neque etenim Mythologorum compilare Dogmata, circaque eorum versari placet Rhapsodias, fumum captaturi, veritatem assequi si putaverimus. Cui ignotum quæso, nonnullos eandem Apollini, Mercurio alios hanc inventionis adscribere gloriam. Ait his ne quidem hominibus vitio id vertendum protinus, meliora haud alter edocet, in caliginosis tenebrarum versantibus mæandris. Suffecerit sane eosdem ratione genii, Diis suis putatitiis *τὸ θέατον* subesse luculento cum comprobent Testimonio divinos decernere natales ; Eodem sensu, hisce attamen relictis inventoribus, Summum rerum omnium Ens primumque, mundana quæ continet Machina atque structura, divinam scilicet veneremur O-

omnipotentiam, cui sane facilissimo plane integrum fuerit  
 negotio, hominum antediluvianorum eo flectere sensus,  
 avicularum, vel unius prævio alaudæ exemplo, in  
 laudes Creatoris continue quæ fere desudar ac defatiscit,  
 mirabilia imitari intervalla, hancque ad rationem  
 casu ferme fortuito, sonis intenti magis severis, certa  
 quædam exin concentuum eruere Themata. Ast nec  
 cuipiam videatur improbabile, si ut aliarum quarundam  
 inventionum, ita & peculiares Musicæ in medium pro-  
 ducamus Autores, vel tales, ratio quos destituit, animalia  
 duntaxat, carentia sensu: Nonne *Ibi* inventio cly-  
 sterum, Venæ sectionis *Hippopotamo*, Vomitionis Cani,  
 alia silentiis involvens peplo, debetur, hinc fieri sane potuisse  
 affirmaverim, parili quo modo, canoras suavesve  
 avium voces, altius rimarentur mortales. Ventorum dis-  
 crepantiam animaliumque haud omisis sibilis, eò eos  
 dem deduxisse credibile, ut adjecta manu operi Instrumentorum  
 meditarentur concinnationes, fistularum forsan  
 construentes primo structuram, ( hoc homo naturâ  
 gaudens genere ) inventâ materiâ, quam arundo, Tibiæ  
 gruum, aliisque plantarum cavarum suppeditarunt  
 thyrsi. *Inventiones enim rerum, notante Kircherio in Mu-*  
*surgia, homini insitæ sunt, nec libris solum discuntur, sed*  
 & intellectu insigne aliqua necessitate cogente, vel casu, aut  
 experientia, vel ingenii suggestione eruuntur. Nec risu  
 Autorum quorundam sententia excipienda sarcastico,  
 contendentium, Instrumenta *nęgę* sive pulsatilia maximam partem ex officina deducenda fabrili, suberto name  
 que concutiendo strepitu, varias tonorum sonorumve  
 audias differentias, ferrum quas præbet, magnumque  
 candens inter & refrigeratum denique soni intercedat  
 discrimen,

discrimen, observatu facillimum, ne de aliis Metallorum dicam speciebus, specialis cuivis cum constet. Hisce jam jam indagatis, usus quando innotuerit chordarum, horumque instrumentorum invaluerit notitia, quæramus oportet; Ad tria quippe cuncta Instrumenta Musica referuntur ut plurimum genera, quorum  
 (1.) Sunt ἔναλα five ἐγχόρδα, chordis quæ constant, quæque plectris aut digitis in harmonicos incitantur motus, uti sunt Testudines, panduræ &c.  
 (2.) ἐμφυσάμενα, πνεύματα vel ἐμπνευσα, inflata sonum quæ edunt, ut fistulæ &c.  
 (3.) Sunt κέρα five pulsatilia, v. c. Tympana &c. Inverso hoc quodammodo ordine, prioris generis restat excutere primatum. Antequam autem id aggrediar, primum producere fas est inventorem universæ Musicæ, vel strictissime sumptæ, quem DEUM. T. O. M. ceu Autorem unicum constituere haud dubitaverim, hanc ob causam evitaturus fors secus sentientium contentio-  
 nis ferram, aliarum notitiam rerum, sic & Musicæ iden-  
 tidem, ad primum hominem Adamum, clementissime ab eodem crediderim concessam, quam excoluisse legas nuspian, nisi forte filium primæ cui pascua curæ, exer-  
 cuisse, diutina temporis dicta verit ratio. Hunc Musi-  
 corum consensu excipiat unanimi, relictis jam adductis prioribus, facile Princeps omnium JUBAL, testis quem omni exceptione major, Sacræ scilicet Literæ, Musicæ appellare amat parentem, verba ita se se habent. cap.  
 IV. *Genesios* verf. 21.

וְשָׁמַע אֱחָיו יוֹבֵל הָוֶה אֲבִי כָּל  
 הַפְּשָׁת כְּנֻר וְעֲגָב: כָּל  
 Ubi vox five particula universalitatem in genere nullam

nullam quæ patiatur involvat exceptionem, perque <sup>70</sup>  
*omnis* indigitetur; Perfectum ni perfectissimum eundem  
 fuisse Musicum, quin affirmem nil obstat, à perfe-  
 cto namque Musico, perfectam sonorum in quounque  
 occurrentium genere harmonicorum, desideraveris sci-  
 entiam, inventionis hædus neglecta compositione, addu-  
 staque rerum quarumvis concernentium eandem rati-  
 one. Jubali hæc an competit Definitio liberum Lecto-  
 ri esto judicium, mihi ita videtur sane, hæcque Instru-  
 menta tractare cum norit, chordarum Instrumenta hæc  
 integrantium, exactam necesse erit habuerit notitiam,  
 rationis legibus conformis quæ videtur ratio; Habes  
 hic itaque explicationem responsionemque propositi  
 problematis, chordarum scilicet quando innotuerit usus.

- <sup>1</sup>Sam.xvi, Majorem attamen splendorem naæta, altius efferre tem-  
<sup>18.</sup> pore Davidis cepit Musica caput, quippe qui Citharæ-  
<sup>2</sup> Sam.vi, dus egregius, hoc maestatus præterea ab Autore Schilte-  
<sup>5.</sup> haggibborim, quod nempe triginta sex Musicorum In-  
 strumentorum habuerit notitiam, elogio, inventis Psal-  
 morum rythmis, Musicus DEO extitit gratus, precum,  
 voce, sōnove immolans thura, pura mentis flammula,  
 sapienti consilio, Musicorum instituens atque gradatim  
<sup>1</sup> Par.xxiv disponens, publicè summi magnalia Numinis qui expri-  
<sup>5.</sup> merent choros, ad tantam attentionem non secus ac  
 devotionem corda flectens populi, præesse cui voluit  
 hic, jure cui deferebantur laudes gratesve, ut vir eva-  
<sup>1</sup> Reg.x,12. serit talis, qualis expertitus à superis. Nunc Salomo-  
<sup>2</sup> Chron. nem adituri, paterna utrum presserit videamus vesti-  
<sup>v, 12.</sup> gia, hunc equidem Theorica magis quam Practica in-  
 structum fuisse opinor scientia, cum adeo expresse  
 non constet, qualia Instrumentorum delegerit genera  
 eaque

eaque exercuerit ipsemet, certissimum autem ab eodem, sapientissimorum, terra quos unquam aluit, aut alet imposterum, cum extiterit sapientissimus, ad venas nationes, audituræ sapientiam laudibus ad cælum elatam usque, tam ex discursu, quam ex consuetudine, Musi-  
corumque frequentia ac ordine, plurimum haufisse com-  
modi, adeo ut promotor Musices, penetralia Divini in-  
auguraturus Numinis, miranda satis ritus inchoans ec-  
clesiasticos Musica, summa cum laude mereatur dici. Et  
hæc de sacris dixisse sufficient, in vita communi Musica  
quid præstiterit, in sequentibus demonstrabitur prolixius.  
Utroque naturæ soluto debito, admota jugulo quasi acies,  
præsente clade atque interitu, aliis se amplectendam tra-  
didit Regnis, eorumque incolis, successionis jure salutans  
Ægyptios, novitatis avidos, primos denuo experta per-  
ditæ instauratores Musicæ, cum quibus paulo post de  
primatu contendentes Græci, Latini, palmarum aliæque  
nationes complurimæ, reddidere dubiam, ex in luculento  
satis patet testimonio, perfectum servasse suum Musica  
cyclum, pari sane quo Medicina modo.

## CAP. II. DE VARIIS VARIARUM GENTIUM JN- STRUMENTIS, MUSICÆQUE APUD EOSDEM ÆSTIMIO.

Priori capite perspecta Musices origine atque pro-  
gressu, instrumentorum varia, variarum visuri ge-  
nera gentium, eundem inventionis ratione, servabo or-  
dinem

dinem, Hebræis à Summo rerum conditore omnium de latō primatu, primo eorum indagare convenit Instrumenta loco, brevibus eadem, quantum licebit, indicaturus, quæ inter numerantur præcipua Minnim utpote, Machul, Cinnor, Hagniugha, ( Instrumentum sc: 6. chordis constans fidicinum, Viola d'Gamba haud absimile: ) Gnetse, Berusim, &c. ἀλφιζα Ahub, Keren, Halil. &c. inter οξεια recensendum pariter venit, Toph. sive Tympanum, &c. quorum icones perspicere cuidam si lubeat Kircheri consulat Musurgiam.

Trium horum Instrumentorum generum, illos fuisse instructos, adductis ex speciebus, luculento satis patet Testimonio, nec de Musicorum illa dirigentium, est quod conqueraris peritia, sacrum si consulas Codicem Testem, nominetenus summos hac in arte tradens Artifices, cuiusvis secundum excellentiam dispositos; Ægyptii omnem fere citra dubitationis aleam, exceptis haud Græcis, conceruentia Musicam, à Salomone jam hausere delibata, traditave accepere, hinc de novorum Instrumentorum inventione, cum certi nil constet, placet σπέχειν. A Latinis Gallisve auctum eorundem numerum, nemo fors ibit inficias, differentium invicem tacito volvens pectore classem. Moscis persisque inusitata Instrumentorum quondam fuisse genera, prolixe satis figuris additis, in Itinerario suo Persico demonstrat Olearius, Tympanorum, Testudinum, ( quas Tameras nominare amant: ) Tibiarumque, injiciens mentionem, notatque inter alia, fratres duos, ex illustri oriundos profapia, Musicæ honoris ergo Legatos excepsisse advenas, quorum unus nomine Beck, patellas aqua repletas fictiles, ita disponere, bacillisque artificiose tangere norat,

alter

alter vero Testudinem sive Tameram dirigens, justam ac accuratam conficerent Harmoniam atque concentum. Notabilis præterea ibidem quæ contigit, omnium cum haud teratur manibus Autor, hoc loco meretur adduci historia, quæ sequentem se habet in modum: *Moscovia* quidam degebat Chirurgus. *Quirini* nomine gaudens, qui Testudinem exercitii gratia, proprio saepius tractabat in Musæo, cuius parieri appenderat Sceleton, accedit autem, ut militum quidam sono delectatus, accederet proprius, inauditæ visurus locum Musicæ, hic per rimas videns, ad sonum locomoveri Sceleton, rem ceu plenam prodigiæ recenset aliis, testesque experti, per crescente rumore ad Regni proceres. (*Knecsen & Bojanen* dictos,) novitate rei hujus ducti insolitæ, indagandæ veritatis ergo inseqvuntur testes, remque se ita habere cernunt. Re ad *Zarum* delata itaque cognita que, accusatur beneficii, comburendus igne ipse met, non fecus ac Sceleton, amplecti Aerem fenestras transflantem apertas, unicam hujus rei nolentes causam, ab amico patefacta quare monitus sententia, fugam arripare maluit, relicto sceleto, Vulcano quod consecratum, cinere concredito aquæ; Infaustum me hercle Musici satum; Ast hæc *ως εν παρόδῳ*. Brevibus itaque variis Instrumentorum visis generibus, ad instituti quantum pertinere visum rationem nostri, dicta sufficientant haecenus, ex hisce jam traditis abunde cum constet, Musicæ qualis sit habitus honos, quantove fuerit in pretio, id ipsum est, prolixiori nobis quod venit declarandum inductione, adductis gentibus promeritam linquentes laudem. Certum autem satis superque, plerosque *Veterum* à primis fere incunabulis addixisse suos Musicæ liberos,

tranquilliores quoad evaderent, moribus hinc aucti sedationibus atque compositis, tempusve huic quam alii rei impendere magis, huic legi sive consuetudini potius conformes sese præstare qui nollent, <sup>ā</sup>usso*di*t*ti*, evitare *Musicorum Musarumque idpropter coacti consortium*. Viri certe nec defuere illustres qui *Musicæ* (hanc artem sive habitum dicas, nil refert) impendrunt operam, exempli loco *Epaminondas* se sistat, quem *Cornelio Nepote* teste, hanc solam ob causam, tibiis quod scienter cantasset, Themistocli prælatum legimus; Nec Jovem unquam pulsasse obstat Citharam, fictitiis Diis ficta concedentes ænigmata. Philosophos inter veteres antiquitate cæteris facile qui existit superior, in medium vocari *Pythagoras* amat, primus numerorum qui introduxit doctrinam, quam mysticam quasi hausit ab Ægyptiis, secretissimam eorum quæ constituebat philosophiam, cui principio, suam unicè philosophandi superstruxit rationem, cuius ope, *Musicæ* litare eò poterat facilis, tantaque ejusdem hinc ductus est favitate, ut vel surgens spiritus eâdem reddiderit pacatos, atque compositos, vel membra concredisens grabatho molli, reficeret eosdem, hâcque à curarum cogitationumve semotus ratione procellis, placido indulgeret somno, confirmata hæc vide, loco Bœcleri circa finem hujus ichnographiæ. *Plato* pariter *Musicæ* juxta normam Rempublicam jubet componi, harmoniâ tali quo gaudeat, quam à Diis, hominibus esse datam, tradit & ob id recte dixit idem, tantam esse *Musicæ* vim, ut mutata in civitate *Musicæ*, mutantur civium mores, statusque civitatis. *Arcades* item *Musicæ* mores componebant. Plura Imperatorū Regumve Aulæ, Magnatum item *Symposia*, vetant adducere Testimonia,

(ne

(ne Veterum in Symposium laudabile adducam insitum, quippe qui Virgilio Poetarum teste Ocello, Solis, Lunæ, Planetarum, aliorumque siderum cursum ac usum, Rythmica serie dispositum, accinere soliti melos. ) cum ibidem pateat locorum, Musicæ, musicorumque maximam, posthabitibus sumptibus haberi rationem, idque nec citra rationem, exhilarat quippe Cor hominis Musica, conductusque ad oblectandos hominum animos, ad honestam & gravioribus & seriis studiis relaxationem, ad que mores conformandos rectius. Micrælio in sua Regia politica scientia teste pag. 306. notatque Havemannus in suo Amusio, quod svavissima Musica homini data sit tanquam lac animæ, curarum linimentum, laborum solatium, malorum remedium, quâ dulcis oblivio magnarum calamitatum sæpius inducitur. Hincque Musicus vir sapiens credebat, eumque per ἡννα μετοιην designarunt. Quod ipsum agnoscisse videtur etiam Dion. Chrysostomus Orat: 32. ad Alexandr. inquiens; θεραπείας εὐεξα  
ἡννα ἀνθεώπαν ἡννα παθῶν, καὶ μάλιστα μελαζέφειν ψυχὰς αποτίων  
καὶ αγέιως διαπεινέντας. Hoc est: Medendi gratiâ affectus humanos, & maxime animas male & agreste decumbentes invertere, scil. Musicam. Conferri præterea metretur notante Havemanno, Prætorii syntagma Musicum, qui omnis generis Instrumenta Musicalia tam prisco, quam nostro ævo, apud diversas nationes etiam barbaras usitata, adjectis iconismis nominibusque propriis Tomo 2do exhibit. Conquerendi relictus attamen locus, svavissimam adeo virginem Musicam, scorti ad instar, Baccho Venerique litantibus, mutua hodienum præbere officia, indignis maxume, rerum illarum maximus quarum est usus, maximum quoque patet exinx  
B3 existere

existere abusum, Uſus quippe habet laudem, crimen  
abusus habet.

**CAP. III.**  
DE  
**ETHICO, BELLICO, PHYSICO, ME-**  
**DICO, MUSICES USU.**  
in genere quoad Hominem, in specie  
quoad animalia quædam.

**A**nimi, artem juxta motos compescere Musicam fluctus, complurima veterum comprobant Testimonia, quippe qui, iratis, servidus quibus fangvineus atque ebulliens æstuat latex, discrasiam hanc sive vitium dicas, ita compescere norant, non secus ac illos Veneris quos traxerat rabies, ut auditio ē contrario Themate flebili, modum juxta Æolium querulum, ad tristitiam disposito, ad pristinam denique revocarent mentem, sic Clunias Musicus commotus ad iram, sumpta lyra, animi compescuit motus, Empedocles item furibundum adolescentem cantu revocavit, pacatum mansuetumque eum reddens, pari metus quos prehenderet ratione, atque tristitia, læta exhilararent Musicā, contrariorum quippe contraria patet ratio, secundum quam Regulam vitiorum fere omnium, facilissimo deleas negotio fornitem. Turbatum spirituum reddere si malis motum, evadant quo ferociores, stratagema en militare, plenis namque velis, Tympanorum, Tibiarum, buccinarumque, quæ instrumenta sunt ὡγιασμάτα, ad inflammados hominum constructa animos, castra metaturis exoritur classicum, ingenti

ingenti atque horrendo, unitis viribus excitato strepitum, quō eo militum adiunguntur animi, ut quasi acti in rabiem, hostem adoriantur atque invadant, obductis ē contrario panno Tympanis, justa præstituri superioribus, mæstas ducunt querelas. Adducti hi certe usus nulli plane forent, immo frustranei, ipsa ni rerum Parens optimaque magistra Natura, Microcosmum duntaxat hominem, Mechanica ad recipiendos sonos, auris donasset structurā, mediante quā, svariissimus vocum ac modulorum comunicatur concentus. Stoliditatis incurreret omnino ista notam, optimā vel à nativitate qui deliniret surdos Musicā, saxa potius, quam talismodi hominum, ad saltum conmovens genus: Nullum mortales hinc pariter exin perciperent miseri, Morbonæ quos vexaret truculentia, solatum, in qua complurimi Veterum, spem fere posuere omnem, ad eam, ceu ad sacram confugientes anchoram, apud eos namque reperias, *Maniacos*, *Melancholicos*, *Lunaticos*, *Lienojos*, *Phreneticos* aliasque, vel hac sola, integræ esse restitutos sanitati, subitque memoriâ, me Historiam curamque Melancholici apud Kircherū *Musurgie* p. 519: legisse, quam placet adnectere, inquit aurem is l. c. *Construtum non ita pridom ad Melancholiā magni cuiusdam Principis depellendam, ab insigni ingeniosoque Histrione, tale quodpiam instrumentum.* Feles vivas accepit, omnes differentis magnitudinis, quas cistæ cuidam huic negorio dedita opera fabricatae, ita inclusit, ut caudæ per foramina extenta, certis quibusdam canaliculis infererentur, affixis hisce subdidit palmulas, subtilissimis aculeis loco malleolorum instructas, feles vero juxta differentem magnitudinem, tonatim ita dispositi, ut singulæ palmulæ responderent felium caudis, instrumen-

strumentumque ad relaxationem Principis præparatum, opportuno loco condidit, quod deinde pulsatum, eam harmoniam reddidit, qualem felium voces reddere possunt. Nam palmulæ digitis Organædi depresso, aculeis suis dum caudas pungunt cattorum, hi in rabiem acti, miserabili voce, nunc gravem, modo acutam intonantes, eam ex felium vocibus compositam reddiderunt harmoniam, quæ & moveret homines ad risum, & vel forices ipsos ad saltum concitare posset. H. J. instrumenti addita forma, æri incisa, &c. Existunt equidem aliqua, Veterum circa talismodi affectorum curam, fidem quæ mereantur, occurrunt pariter alia, per lamen quasi congesta saturam, limato atque polito prædicto, vix ac ne vix proponenda judicio, redolentia affanias, vera à falsis veri habentibus speciem, segreganda ac distingvenda veritatis amanti. His ita se se habentibus, adque lydium examinatis lapidem, considerationis hac occasione committere limæ, haud abs re, quid vel in animalibus Musica valeat præstetve, opinor fore, videoas certe eadem delectari magnopere, vel ejusmodi, quæ Pelagus tegit foverque, vel sylvarum intimos amant recessus, vel abditissimis latent in antris. De Arione naufragium passo, quis est quem lateat, Musicæ à Delphino undis eruptum ope, de quo scite *Marcellus Palingenius Stellatus, canit in Zodiaco vita; inquisens*: pag. 52.

*Carmina Delphinis miranda canebat Arion,  
Navigium infelix referens nautasque dolosos,  
Oedipodionias iterum consurgere Thibas,  
Nobilis Amphion cantu fidibusque jubebat.  
Prostant & alia tali ratione servatorum à Delphinis exempla,*

Exempla, ob brevitatem minime adducenda propositam, sufficiat notasse. Φιλάνθρωπα hæcce esse animalia, cui subscriptibit H. N. Plinius pariter. Dictum casum egregie *Hydraulica* conjectum arte, in Regio Williami Angliae quondam Regis, in Geldriæ sito tractu horto, dicto LOO, me vidisse recordor. Sic Cervus non secus Plinio ac Æliano testibus, fistula cantuue permulcetur pastorali. Exstat quoque *Observatio D. Georgii Segeri in Ephemeridibus Medico physicis, Anni 1673.* p. 74. Observat. 145. de hortulano quodam, qui pulsato tintinnabulo, pisces ad victimum congregare, haud citra adstantium miraculum solitus, paria tradit *Burggraefus in Achille suo panoplo redi vivi*, pag. in. 68. serpentes pariter fistulæ evocatos sono è latebris, apud laudatum p. 77. legas Autorem. Sic & Paguri, (genus animalis Ostracodermon, cancero non ab simile,) Musicâ è littore maris in continentem alliciuntur, ut capiantur, notante Langio in Epistolis pag. 238. Cui ignotum præterea, quantum fistularum in demulcendis avium valeat spiritibus cantus, similitudinem soni adeo ut imitari aveant; Qua de re *Bartholinus Tr. de Tibiis veterum*, congesit plurima. Xiphiam pifcem certo captum tradit *Kircherus carmine*; Fera hinc animalia hujus ope ciurata, probatissimi tradunt Autores, quæ satis indicant superque maximum vim harmonico in latere concentu, talem quidem, ut & Orpheus si fabula vera, fidium ad numeros cantu, saxa commorit ad saltum. Ast missis his videamus oportet, morborum qualia, quove successu, debellarint Veteres Musicâ genera, id quod sequenti venit tractandum capite, esto itaque,

sed  
-neced

## C

## CAP. IV.

**CAP. IV.**  
DE

**MUSICA MORBOS CURANDI RA-  
TIONE.**

**A**liqua jam tactus ex parte, morborum capite præcedaneo quorundam catalogus, explicationem poscens ubiorem; Melancholiæ curatae adducto exemplo, excutientium restat porro, Maniâ correpti pariter nonnulli quod fuerint servati; Præsupponendum itaque veritate teste, primum illum Israelitarum Regem, utpote *SAULEM*, morbo talismodi correptum fuisse genere, quo & ambo illi, quorum injecta mentio, *Math.* c.8. *Marc.* 5. *et* *Luc.* 8. veniunt referendi, mente privatum, maximo conjunctum furore, hocce conspiciebatur trifolium, quæ circumstantiae, Maniacis solummodo evadunt propriæ. In morbosam equidem horum prolixe inquirere causam, Sacrae vetant paginæ, claris de priori indicantes verbis, bonum ab ipso recessisse spiritum, in cuius, malus successit genius locum, h̄y per physica veluti causa, naturales attamen his exclusas in casibus fuisse, crediderim neutquam, cum Dæmoni corporeum citra medium, mentem spiritusque turbare, tollere vel omnime, vix liceat, in sano reliquos quoad humores corpore, id qvod aliis propono dijudicandum, id ipsum relinquens in medio; Probare solummodo cum fuerit propositum, extitisse eundem Maniacum, hacque ratione, à Citharædo id propter, monito à servis Rege, experto duntaxat Davide, per dilucida curatum fuisse intervalla. Patet id clare satis ex *I. Samuelis cap. XVI.*, ver. 23. ita se haben-

habentibus verbis : Quod si Saulem malus arripiebat spiritus, Davidem tulisse citharam & percussisse manū sua, tunc Saulem refocillatum, melius habuisse, & recessisse ab eo malum spiritum. Quid quod suo jam tempore Medicus Prusiensis Asclepiades, Maniacos & Melancholicos haud melius, quam per Musicam curari arbitratus est, qua de re confer locum Bæcleri circa finem hujus operis. Pari ratione Amicum meum piæ Memoriæ Regiomonti quondam, Maniā correptum, Clavicordiō, sibimet ipsi pacatos quodammodo reddidisse memini spiritus ; Commotus denique ad iram Elisa, vaticinaturus, Musicum non secus expetiit ac Musicam, <sup>Reg. III.</sup> tranquillorem redditurus eā mentem, Musicæ namque maximam in furiosorum etiam inesse demulcendis animis vim, omni fere fuit creditum ævo, inde & Caffiodorus haud diffiteri dubitat de Musica, jucundet tristitiam quod noxiā, tumidos attenuet furores, cruentam sævitiam efficiat blandam, Æolio præprimis & Lydio modis, hasce decernens laudes. Qualis sanitatis præterea præ cæteris affulgeat spes, à Tarantula demorsis, fidem ferme superat, Historicam si liceret vocare in dubium, phalangiōrum quippe infenissimum hominibus genus, venenosa sua effluvia, occulta quadam ratione, hisce ita imprimere novit adque disponere saltum, in ipso paulo post momento, ac si regulas secundum artis essent edicti, licet vel maxime pedes haud moverint unquam, ignaris hujus rei præsentibus, prodigio id ad numerantibus, veneni nec tollitur vis, ni per certos harmonicos sonos, pari ratione ac in chorea sancti Viti observes, ad satietatem tripudient usque, qua de re sequens consulendum caput ; Sic & parili modo talis

modi aranearum in Persiâ Oleario teste, reperitur genus,  
 Enkureck cui imposuere nomen, traditque, ab ovibus ibi  
 dem citra devorari noxam, præsentaneam homini quæ  
 inferant necem, quæ nobis his in incognita oris, ab Au-  
 toribus fide dignis tradita fusius, adduxisse sufficiant.  
 Pestem, morbumque caducum, antiquis Musicâ cura-  
 tum, ( præservatum crediderim potius,) observatum  
 temporibus; Memori attamen fas est teneas pectori,  
 maxima Veteres Musicæ circa usum, usos esse circum-  
 spectione, neque etenim indiscriminatim Musicâ adhi-  
 buere instrumenta, sed talia, confici maluere potius,  
 sympathetica virtute, morbo quæ quasi conferrent, sic  
 e. c. ex lignis vel corticibus, specifica qualitate morbis  
 quæ mederi credita, aptarunt fistulas, Musicamque æ-  
 groto, ratione modi convenientis, vel Lydii, vel Dorii,  
 vel Æolii, &c. talem convenire, habebant in persva-  
 sissimis, ex cinnanomo confectam, animi prodeesse de-  
 liquio rati &c. Qua de agendi ratione, sequenti in ca-  
 pite, expositam deprehendas mentem. Podagricos  
 Nephriticosque pariter, aliorum quoque morborum, à  
 nervorum vitiis ortum qui trahunt, lenire dolores, qua-  
 live modo, doceberis infra, fugibundos quin & spiritus,  
 corporis jam jam deserere volentes claustrum atque  
 ergastulum, svavis quadantenus moratur ac detinet  
 Musica, æternæ vitæ delicias, cælestis harmoniae perfe-  
 ctissimæ omnibus numeris præludiô, jam percipere  
 quasi visi. Conciliari namque nobis Jehovam hymnis,  
 ex sacro satis Codice, Patrumque sanctorum elucet  
 testimonii; Beta itaque is foret insipidor, Tiræsiaque  
 cæcior, Musicæ (Diuinos cui decernere multis placuit  
 natales,) has reddere si malit dubias vires, abunde Ve-  
 terum

terum comprabatas exemplis, haud citra statuentium rationem : latentem habere in animam hominum Musicam vim atque consensum.

## CAP. V. DE MODO IN MORBOS AGENDI.

**S**ensu, hosque inter præcellentissimi, dūtaxat beneficio auditus, s̄vavem spiritibus aeris mediante vehiculo communicari concentum, jam supra tetigimus quodammodo, prolixiores aliquanto circa euādem nos esse decet, rectam Musices in morbos agendi rationem, certo hoc superstructo fundamento, probare solide, si fuerit concessum atque in votis. In Dissertatione quippe Inaugurali mea, jam tum monui, medicamentorum quam necessarius in Medendi Methodo agendi, existat modus, finem Medicus quo nanciscatur optatum. Præticus, quo ipso, hac in materia huncque circa usum cognito, spe atque successu majori, talismodi affectis plurimis commendare liceret. Afferuerim certe, Philosophos priscis temporibus roscios, majori sedulitate atque diligentia, soni, ejusque vires, præ recentioribus indagasse naturam, accuratori inde sibi acquisitâ notitiâ, miramineque dignum, indies oculis quæ obversantur nostris, majori curâ ac factum hactenus, haud fuisse examinata illustrataque observationibus, lucem quæ potuissent doctrinæ de *Sono*, ( qui duorum corporum solidorum concussio sive collisio in aere facta, Aristoteli audit, quatuor hinc elicere licet requisita, perfectus quo

evadat sonus, nempe 1. ut sint corpora dura, 2. ut sint plana & non acuta, 3. ut sint aerea, 4. corpora illa ut se tangant cum violentia.) venerari clarissimam, at proverbii memores, quotidiana sordescunt, deterriti, altiora meditavere forsitan, suo attamen his relictis loco, auditus perficiatur quomodo, deducendum in aprico opinor, cum & exin Divinæ arguamur Omnipotentiæ, clare atque distincte satis id nobis, *Magnificus D. D. Hartmannus d. 13. Martii Anni 1699* Regiomonti quondam, sequentem in modum, literis consignandum proposuit.

1. Per porum sive canalem auris, illabitur sonus sive Aer percussus.

2. Sonus illapsus, ferit tympanum, sive membranam expansam circulo osseo.

3. In medio hujus membranæ sive Tympani, suspensum vel innexum est manubrium unius officuli auditus, quod dicitur malleolus.

4. Malleoli hujus caput extra membranam sive Tympanum prominens, per articulationem & Synevrosis jungitur latiori parti auditus officuli secundi, quod nominatur incus.

5. Incudis duo sunt pedes sive crura, unus pes altero est longior, & longiori in homine annexitur quartum officulum omnium minimum, quod dicitur quartum auditus orbiculare.

6. Pes brevior versus latus declinat, longior autem cum tertio officulo auditus, quod dicitur stapes.

7. Conne&titur autem cum stapede in parte acutiori aut minore, per nervum,

8. Lat ior

8. Latior autem pars stapedis, profundo foraminulo ovali est immersa, nullique amplius ossi adnectitur.
  9. Fit itaque AUDITUS hoc modo.
  1. Sonus illapsus perpetit Tympanum.
  2. Tympano percussio, manubrium malleoli & caput movetur,
  3. Acapite manubrii, incus protruditur sive tunditur.
  4. A latiori pede incudis, stapes propellitur ad fundum foraminis ovalis.
  5. A stapedis latiori parte sive basi, aer foramini ovali inclusus, commovetur, versusque latera protruditur.
  6. Ad Latera foraminis ovalis, sunt dispositi meatus, quorum progressus est per Labyrinthum sic dictum, sive ad cochleam.
  7. Labyrinthus est pariter canalis osseus, divisus in tres ductus in homine.
  8. Cochlea est ossea compages, instar cochlearum per gyros scandens, gradibus omnibus libera, membrana obiectis.
  9. Sonus igitur per Aerem insitum, foramini Ovali commotum, digreditur ad Labyrinthum, & hinc ad cochleam.
  10. Cochlearum autem membrana, connexa est immediate cum nervo auditorio sive acoustico, qui in ossis petroso intimo part, foveolis à medulla longa cere, bri accipitur. H. J.
- Quæ gratæ recordationis ergo ex MSCtis, publicæ credere volui luci. Scias præterea nullum ossium inter humanorum existere durius genera, cum & cultri sæpius eludat aciem, ob id forsitan petroso ossis adeptum nomen, [notam]

notamque meretur, quod per totum gravitationis tempus, meatus hic auditorius, maneat cartilagineus, notante Kerckringio, laus cuius florebit in ævum, in Tract. de Osteogenia fetus, in quā tradenda accurate, miram præstitit operam: Hac perspecta igitur satis superque ratione, concinna formatione auditus, vocalis Instrumenta Musicæ partes sive paucis delibare liceat, certum namque imo certissimum, & hac delectari maxime spiritus, pari, ut cum Instrumentali ambulet passu, neque enim quosvis utriusque Musicæ, admittendos vellem artifices, sed tales potius, *ναὶ ἐξοχῶ* ita dictos, flectere qui valeant auditorum mentem cordaque, triobolares sordidique illi, sibi habeant sua Musici. Primum hoc in opere sibi vendicant locum, *lingua, motusque laborum,* haud posthabito *Thoracis, Pulmonis, tracheæ sive arteriaæ asperæ*, in formanda voce cantuve, motu atque officio, cuius miranda certe structura, omne fere addit Musicæ punctum, subitque memor à Magnifici D. D. Rivini, P.P. Lipsiensis undiquaque celeberrimi, Praceptoris quondam ac Hospitis mei fidelissimi, veritatis catholicae Canon, his oretenus propositus verbis: *Quo purior evadit post Epiglottidem tunica, ut & tracheæ, constituta in æquilibrio, ut nec humida, nec secca sit nimis, purior etiæ esse vocem, & contritum, quo impurior est impurionem.* Quæ ratio quoque probatur multis, hâc orbat quod nixi lumine, hominem vel formosum, vel deformem, potuerint internoscere auditu. Corpora itaque sic dicta sonora, aeris uti jam monitum saepius, aurium ferunt structuram ad miniculò, sonusque tali constitutus in motu, tremulus atque vibrans, ut id in chordis tactis edentibus sonum patet atque eluet, impedito autem

- 111 -

autem manu motu, impeditur ac tollitur sonus, aer præ-  
terea subduci per antlam si possibile Pneumaticam, e-  
ducto illo, nec sonus exaudiri posset, nec tonus amplius  
necessè at dubio foret procul talis, quo existeret  
campanæ compages, Musicum quæ tegeret ac caperet  
Instrumentumque omnimode, hujus attamen citra di-  
spendium vitæ, corpora collidit invicem quasi, hincque  
nervo tacto acoustico, sensorium hocce cerebro com-  
municat spiritibusque, sedem ibidem fagentibus, sonoram  
illam speciem. Edocemur exin, spiritus nostri quod  
admissò illo puriore æthere, puriorem nanciscantur na-  
turam atque sereniorum, motusque illorum hinc eva-  
dat compositus, legi secundum naturam accommodus,  
& hæc verissima audit causa, morborum in præceda-  
neis quorum mentio facta capitibus, dolores tensivi sa-  
tis, tremulo huic obsecudent motui, notariique meren-  
tur ea, quæ in Laurentii Srauffii ad Comitem Digbeum  
*Epistola, Theatro inserta Sympatheticæ, reperias.* The-  
banum scilicet Hysmeniam, citharâ & voce, Ischiadicos  
sanasse. Thaletem vero Cretensem, à pestilentia Lacedæ-  
mones liberasse Musicâ. pag. 140. Accedit, majori quod  
attentione Musicam audituri absolutissimam, se se com-  
ponant, eidem intenti severi, curis tum temporis va-  
cantes cogitationibusque, meliorem, quo soni sibi im-  
primant ideam, mente è defixi, objectis sensum priva-  
ti moventibus, doloribus quodammodo ultimum dicunt  
vale atque tristitiae, dummodone palliativa hæc vide-  
retrur curatio, ob interceptum Musicæ sonum, quæ in  
principio tamen adhibita statim, majorem me hercle  
promitteret spem, non secus ac in medicamentorū tum  
temporis administratione, evenire videoas, namque.

D

Princi-

*Principiis obſta, ſero medicina paratur,  
Cum mala per longas invaluere moras.*

Nec fine frustrabitur artifex, circumſtantias à Merſenno traditas, nimirum quod audientes cantilenam, & verba diſtinguentes, eam infuper intelligere debeant, ut vim integrā Musica exerere poſſit. Quod optimā Instrumenta, ſi quis illorum beneficio paſſiones move-re velit, & voceſ eligi debeant, ſi ad ſcopum pervenire volueris. De geſtibus, atque motu corporis, quoſ in canendo Muſici ſervare debent, ut harmoniæ viſ perfeſtum quid edat, item Muſicum debere ſe, ſuamque cantilenam moribus, humoribus, temperamento, patriæ & ſtatui illius accommodare, quem commovere voluerit, & tamdiu canere, donec ad ſcopum pervene-rit, auditorem vero attentum eſſe debere. Quod mo-dus immutandus fit, quando res ita poſtulat. &c. (in Questionibꝫ ſuis celeberrimis in Genesi pag. nimirum 1570. - 1607. - 1612. - 1619. - & 1623. fuſe ſatis tradita, quaꝫ legat qui volet, ſi obſervaverit. Tarantiaci autem nil inde habent quod metuant, peſtiferum equidem quamvis hoc virus, cāperit jam ſerpere altius. Maſſam ſanguineam, ſpiritusque inquinare, motus attamen ille, inſensibilisque transpiratio, patulos pororum poſt a-perire meatus, eosque reddere patentiores, diſcuſſa ſpi-ritibus impreſſa nebulâ, ope caloris, exituro patens ut pateat janua hosti, ſaltatione ad ſatiā excitata hiſce. De Chorea S. Viti ſcire expedit, quod Antiquitas hu-ic S. Vito, Sacellum exſtruixerit, in Drefelhuiſen, non pro-ſul à Geiſlingen prope Weiſenstein, ditionis Rechbergen-ſis, quod hodiernum quoṭ annis verno tempore ſalutant, & ihi ſaltu cum perturbatione mentis, cauſque ſe ſe nocte di-que

eque exercent, donec Ecstaticorum instar corruant, quā ratione sibi restituti videntur, ut parum vel nihil sentiant per annum integrum, usque ad Maji tempus subsequens, ubi iterum ad facelum properant, & organum musicum audiunt, quo auditio, mente magis magisque perturbati, saltare coguntur, observante Straussio, loco & pagina paulo supra citatis. Informationem pleniorē desideranti, Practicorum svadeo consulat libros. Præcedaneo capite adductum Veterum, quod attinet Dogma, adeo haud spernendum putarim temerē, exin illorum sedulum opitulandi quavis ratione ægrotis, cum eluceat studium, ceu supervacaneum equidem rejectum à plurimis. Sono certe per se, vires vel maxime creditu difficillimas, abunde constat inesse, ita quidem, ut hic materiae junctus convenienti, exereire sit potis maximas, ex quā certa accommodaque elasticitate ætherea, effluviorum quædam trahere queat corpuscula, auditui gratissima, citiusque forte se se insinuantia illic, pro diversitate quippe materiae, Metallicæ, ligneæ, vel osseæ,

*Sic Tuba longe alium reddit quam Tibia cantum.*

*Sic Pelusiacis discordant nablia fistulis.*

Stellato Teste p. 105, diversimodè modificatur sonus, ut id propter fides illis denegari haud mereatur in totum, hunc circa Veterum Musicae usum, eorum quem detexit curiositas, successu enato inde, tennendo minime, cum plurima apud Bartholinum de fistulis, felici adhibitis omne, in de Tibiis veterum Tractatu, prostant exempla, consulendus cui volupe. Nobis impræsentiarum de modo Musicæ, agendi in morbos, dicta opinamur sufficere, necdum cui satisfactum forte, ingenio materiaeque prolixitati ac intricatae satis, adscribat velim defectum.

CAP. VI.  
DE  
CORPORIS HUMANI CUM INSTRU-  
MENTIS QUIBUSDAM SYMMETRIA,  
operis conclusione  
addita.

**C**orporis humani, cum Instrumentis quibusdam cōlophonis loco demonstraturus analogiam, Neotericorum quod consensu, *Machina* quasi existit *Hydraulico-Pneumatica*, instrumentorum fere duntaxat perfectissimo, comparare liceat *Organo*, folium certe *pulmones* funguntur officio, aere spirituque referti, ubi notandum venit, priscis quod temporibus organa, hydraulicia fuerint confecta arte, aquarum agitatione talismodi producentes ventum, hodienum vero, pneumaticâ, vento necessarium disposita teste videoas *Scaliger* ad usum. Utraque hâc *Machina* nostra referta materia, cannorum tam majorum, quam minorum, arteriæ, venæ, nervique, magnitudine distinctæ invicem, supplent vices, palmaria pars *pulmo* utope, vento aere que destitura, ac reliquæ pariter, *Diaphragma*, *Trachea*, ore recepto, exemplò suis privarentur muniis, paria ventum circa denegatum, quæ observes in organo, adempta sono materia; Nihil namque sine materia potest produci, materiaque nulla, privata motu, deduci valet in actum, ut adeo ætheris auræque necessaria in corpore magis humano, præ hōc requiratur præsentia, usus continui, hic temporarii saltem, destinato inferviens

viens, cum lubeat muneri; Quid quod & *avjōnaia* vide-  
 as instrumenta, arte ita disposita, ut levi quadam præ-  
 cedente encheirefi, proprio remoto artifice nisu, harmo-  
 nicos edant concentus. Quale Vratislavia, in Biblio-  
 theca Elisabethana, à Dno. Krantzio, visui mihi exhibi-  
 tum genus. *F*rum, æmulatur arteria aspera speci-  
 em. Sic & *Hilf. Rotes*, de Musica differens, Lib. de Diæta  
 §. XV. infit: γλωσσα μετανημέται, Tympani structuram,  
 auris refert tympanum. Abdomen pariter, humorum  
 abundantiam in statu elatum morboſo in Tympanitide,  
 ſonum edit percusſum, &c. Quanta accuraione, in corpo-  
 ris compage humani, ſerietenus disposita cuncta grada-  
 tis, à Summo rerum conditore omnium, quis eſt  
 qui videat; Hæcce conſiderans, nemo, niſi cui ſit ferrea  
 fibra diffitebitur, Divinam hinc ductus miramine ſuspi-  
 ciat ſapientiam ac omnipotentiam; Ullum ſi certe  
 productum meretur admirationem. Microcosmum ſci-  
 licet hominem, rerum compendium omnium, accura-  
 tam requirere dixerim contemplationem. Quid &  
*Melodia* in cantu ſive ſymponia obſervari ſolitum, oc-  
 currere humano in corpore, ſcias ordinem, inventum  
 quod audit *Herophili*, duobus æternam nominis ſibi qui  
 comparavit memoriam cum ipsa ſecandi peritiā, tum  
 introducta in artem nostram ſubtiliore doctrina pulſu-  
 um, quam ipſi *Conringius* in *Introduzione ad artem Me-*  
*dicam* p. m. 154. tribut laudem. Hanc ad normam pul-  
 ſuum ita indagavit, inctis observationibus differentias,  
 tantamque redegit ad perfectionem, ne dicam ſubtili-  
 tatem nimiam, ut præ reliquis de pulſu ſcriptoribus  
 Medicis, hocce quoad inventum, huic debeatur facile  
 palma. Äqui alēm ſervare ſemper rythmum pulſum,

in sano secundum naturam constituto corpore, tam certum est, quam quod certissimum, *Systoles* atque *Dystoles* cordis, conveniens motui, indicare cujus constat vitia. Circumstantiae pulsus variæ, è 4. hisce oriuntur fontibus, nempe 1. à mobili, 2. spatiis, in quo exercitur, 3. motus tempore, 4. denique tempore. Tot inde pulsuum enasci videoas species differentias, alius ut dicatur, *vehemens* & *langvidus*, *plenus* & *vacuus* alijs, *mollis* & *durus*, *longus* & *brevis*, *frequens* & *rarus*, *celer* & *tardus*, *equalis* & *inaequalis*, *Myurus*, *Dicrotus*, *caprizans*, *undosus*, *vibrans*, *convulsivus*, *serratus*, & si quæ aliæ, hoc loco recensendæ minime, diversum ut in Musica vel celeriore, vel tardiore, vel interceptum, ratione materiæ moventis, vel motæ à corde, servantes rythmum atque ordinem, insiri ratione virtutum. Ad circulum itaque nostra hæc redit Tractatio quasi, motum præmittentes, hoc deficiente sensim concludentes, necessarium maxime hanc ad requisitum operari, quam motus sive exortationis speciem, ad illam sex rerum non naturalium MOTUM nempe, digitorum priorum instrumenta dirigentium Musica, si accederit officium, referri sane statuerem posse, in apricotum existat satis, exercitio talmodi defatigari, vel ipso sudore indice corpus, substatere fæpe numero morbo latenti qui valeat fomitè atque materiam miasmati, apprime sanitati condicens, Testimonia atque exempla cum complurima surgerat Experiencia, Musica litantes, dummodo sponte laudabili alias Dieteræ assueti Regimini, elegant laudabile minus, vegeta sanave agere vitam, corpori prospicientes simul ac animo. Coronidis loco, omissis passim lineis, ne prolixitate nimia,

mia, lectori crearetur nausea, egregius dicta hactenus illustrabit, Celeberrimi quondam Boëcleri, ex Programmatibus suis Academicis locus, qui certe hic maxime meretur adduci, inquit is autem : *Dum ad præclarum eruditissimi Plutarchi libr. De Musica - &c. annoto, que in tali argumento duo diligentissimi atque doctissimi scriptores, Manuel Bryennius, in libris de quoniam, & Ari- stides Quintil: περὶ μετωνομασίας (quos MSC. ex Berneggeriana Bibliotheca sibi comparavit nostra Academia) (sc: Argentoratensis) subducunt animum subinde aliquis virtutis sensus reficit, quem Musicae propriam esse voluit οὐ θεὸς μυστηγέτης - ut in viis revera gratia Musisque natū videantur, quorum ea nec sensum afficit, nec animum extollit. Quanquam exterior est tantum, ut sic dicam cā oblectatio, qua ex vocum, nervorum, tibiarum cantu ab omnibus aequa percipitur, interior autem illa sapientum propria est, ex perpetua discordia, perpetuus consensus - - Talibus olim curis intentus Pythagoras, Tetrachordum suum, quatuor Elementorum discordiæ concordiæ congruentibus, per diversa officia confirmavit. Post que nonnullos altior natura meditatio ad Heptachordum, tanquam ad typum & figuram sideralis que inter Planetas est necessitudinis deduxit. - - itum est ad ampliorem concentus formulam, ut XV. chordarum dispositione, tēλειος ἡγουμένος σύνεντα, sive instrumentum musicæ harmonie perfectum, & quod Canonis vice fungi posset, contineretur. Denique quicquid in rerum natura consensionis est ac amicitiae, ad Musicam non comparabant modo, sed exigebant - - cumque totum mundum musicā ratione factum anima dixererent, id quod in toto ēaqueōnō deprehendebant, in singulis quoque partibus cæ- perunt*

perunt requirere. Hinc & corporum turbata valetudo, & animorum commotiones, Musice, tanquam restitutio-  
nis & compositionis atque ordinis Regine, obsecundare  
credebantur: Asclepiadem sane ferunt, Phreneticis men-  
tem beneficio symphonie reddidisse, ne de aliis nunc dica-  
mus, quorum similia, vel experimenta, nescio quam His-  
toricè, certe non sine quadam philosophia, tum alibi, tum  
apud Apollonium Dyscolum celebrantur. Pythagoræ mo-  
ris fuit, priusquam se somno daret, & cum esset exerce-  
factus, cithara canitare, ut animum sua semper divinita-  
te imbuueret, sicut Censorinus refert, sive ut ad agendum  
erector manæ fieret animus, ad quiescendum autem ves-  
peri sedator, & ab affectibus purgator. Quod de Pytha-  
goreis Fabius tradit. Illa utique animorum Medicina  
destinata nō dæsic, (pergamus enim uti Pythagoreâ  
voce) adeo non est inscianda, ut vel sola harmonia Mu-  
sica recordatio, graviores mentium perturbationes, quales  
ira, tristia, sollicitudo, metus affert, dispulisse non raro  
comporta sit: Dum manifesto naturalis congruentia  
argumento, in suarum formarum habitus rapit animos  
& quasi transformat: - - sed quantum supra mor-  
taliatem affurgat, cœlestiumque sensu rerum, quodam-  
modo imbuatur anima, cum in se recessit, & Musicam  
auscultavit, vix verbis declarari potest. Loquor hancenius  
ferme cum sis, qui Musicam multum obtinere divinitatis, &  
animis pernovenis multum valere, & senserunt, &  
dixerunt, quanquam quid in Musica esset maxime har-  
monicum, & in harmonia maxime Architectonicum  
(utendum nunc est his vocibus) prorsus ignorarent. At  
vero, qui principia Musices non ab Apolline aliquo, aut  
Mercurio

Mercurio, ant Pythagora, sed ab ipso universi conditore  
 & primo vocis Architecto, didicerunt arcessere, illis lon-  
 ge suavitius sonat modulatio, longe congruentius ordinatur  
 melodia, longe interius insinuatur harmonia - - Ci-  
 thara quæ Saulis furorem levavit, - - Cithara,  
 Medicus, cithara Prophetæ, Cithara Regis, Cithara in-  
 quam Davidis, qui & Medicus, & Rex, & Prophetæ  
 est. - - Ut hic quoque decori  
 Musici non immemores, modum teneamus verborum, &  
 Plutarchi clausulam, quā librum initio nobis laudatum  
 finivit, nostram faciamus: αἰώτατον δὲ καὶ μετηκάλατον  
 ἦ τὸ παντὶ προσῆνον μέλος ἐπιτιθέμενον. H. I. à pag. III. usque  
 ad pag. II. Hæcque Lector Benevole sunt, de MUSI-  
 CA MEDICA, pro ingenii placuit quæ tradere mo-  
 dulo. Quare

*Musa chelym par est, & raucis parcere chordis.*

Stellati juxta mentem, pag. 308. sequentem hoc de  
 Tractatu, ipso cum fovens opinionem, dum inquit,  
 pag. 365. circa finem:

*Non deerunt certe, qui quum nil edere possint  
 Dignum laude, tamen gaudent maledicere semper,*

*Carpendisque altis famam venantur inanem.*

Bonis cæterum omnibus, bono hæc scripta suntu animo, malevolorum  
 eludo fannas è contra; Ad DEUM T.O.M. eeu Autorem Musicæ me  
 converto unicè, pro præstito auxilio, grates ipsi persolvens immortales.

## TANTUM.



## МУНИАТ

4303

Ab:155 159



f

5b.

V018

V017



B.I.G.



# GRA- A EDICA,

PROGRESSUS  
SUS &c.

ANTUR BRE-

RE

OFFMANNO

0 1707.

, Regii Regiminis  
pographi.

*L. Vlaz: Dr. Farto.*